Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Gloria et honor et pax omni
operanti bonum iudeo primum et
greco. Non est enim personarum
acceptio apud deum. Quicumque enim
sine lege peccauerunt sine lege pe
ribunt et quicumque in lege peccaue
runt per legem iudicabuntur. Non enim
auditores legis iusti sunt apud deum
sed factores legis iustificabuntur.
℟. Abscondi tamquam aurum peccata mea.
et celaui in sinu meo iniquitatem me
am miserere mei deus secundum mag
nam misericordiam tuam. ℣. Quoni
am iniquitatem meam ego agnosco
et delictum meum coram me est sem
per tibi soli peccaui. Miserere. ii.
Cum enim gentes que legem non
habent naturaliter ea que legis sunt
faciunt eiusmodi legem non haben
tes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt
opus legis scriptum in cordibus suis
testimonium reddente illis consci
entia ipsorum et inter se inuicem co
gitationum accusantium aut eciam
defendentium in die cum iudicabit
deus occulta hominum secundum euange
lium meum per ihesum xpm. ℟. Paratum
cor meum deus paratum cor meum canta
bo et psalmum dicam domino. ℣. Exurge
gloria mea exurge psalterium et cythara
exurgam diluculo. Cantabo. iii. Si
autem tu iudeus cognominaris et
requiescis in lege et gloriaris in deo.
et nosti uoluntatem eius et probas utili
ora instructus per legem. confidis te
ipsum ducem esse cecorum lumen eorum
qui in tenebris sunt eruditorem in
sipientium magistrum infantium
habentem formam scientie et ueri
tatis in lege qui ergo alium doces
te ipsum non doces. ℟. Adiutor me
us tibi psallam quia deus susceptor meus es
deus meus misericordia mea. ℣. Eripe me
de inimicis meis deus meus et ab insurgen
tibus in me libera me. Deus meus. Fra. iiii.
Circumcisio quidem prodest si custodias le
gem si autem preuaricator legis
sis circumcisio tua preputium
facta est. Si igitur preputium iustici
as legis custodiat nonne preputium
illius in circumcisionem reputabitur.
Et iudicabit quod ex natura est preputi
um legem consummans te qui per
litteram et circumcisionem preuarica
tor legis es. ℟. Deus in te speraui do
mine non confundar in eternum in tua iusticia libe
ra et eripe me. ℣. Esto michi in deum
protectorem et in locum munitum ut
saluum me facias. In tua. ii. Non
enim qui in manifesto est iudeus
nec que in manifesto in carne circum
cisio sed qui in abscondito iudeus
et circumcisio cordis in spiritu non
littera cuius laus non ex hominibus sed
ex deo est. Quid ergo amplius est iudeo
aut que utilitas circumcisionis.